

malicia periurium crescere super terram, [us]que²³ a nobis absit nec legenda sit nec dicenda. Tunc ceperunt filii Dei filias hominum, iratusque Dominus Deus dolore corde tactus dixit²⁴: *Penetuit me, ut hominem fecissem super terram, non permanebit spiritus meus in hominibus his, quia caro sunt*. Postquam <ingressi sunt> filii Dei ad filias hominum, genuerunt ex eas gigantes super terram et facti sunt argutissimi^e super cunctis hominibus, qui habitabant super terram. Propterea iratusque Dominus inmisit diluvium super terram et deleuit omnes homines praeter Noe, qui erat iustus, et uxorem eius et tres filios eius cum uxoribus eorum, qui reservabit in arca inundationem diluvii, et factum est diluvium. Delevit^f et tullit omnes animas^f viventes tam volatilia, tam bestiis et omnia, quae erant super terram, praeter qui in ar<ca> fuerunt. Anno sexcentesimo primo ingressus est Noe in arca, egressus vero Noe de arca cum omnia, quae erant cum eo. Tunc offerebat Noe holocaustum Domino et benedixit Dominus Noe et filiis eius. Sexcentesimo duodecimo anno vite Noe in^g tercio miliario^g seculi aedificare coeperunt Noe et filii eius novas^h possessiones^h in terram et apellaverunt regiones illius Thamnon secundum nuncupacionem numeri, quodⁱ exierunt de arca, id sunt^k octo. Trecentesimo^l anno tercio miliario genuit Noe filium^l et vocavit nomen eius Ionitum. Anno trecentesimo quinquagesimo post diluvium dedit Noe terram euvam^m, id est horientem, in <do>minacionemⁿ filio suo Ionitum, et mortuus est Noe, completi sunt dies eius anni DCCCCL. Post obitum Noe venerunt filii in^o tercio miliario annorum^o, descenderunt^p in terram Sennahar, cepe[pe]-

31 periurium: peior priore GWO (priore *fehlt* L); usque Z, quae GWO; s. Anm. 23 35 ingressi sunt *ergänzt* aus GWO, vgl. Gen. 6, 4 38 et (an 2. Stelle) *korr.* aus ex Z; uxorem *korr.* aus uxor Z 41 praeter: propter Z 44 filiis *undeutlich korr.* aus filios Z 50 mortuus *korr.* aus mortuos Z 51 venerunt *korr.* aus venerunt Z 52 Sennahar *korr.* aus Senahar Z

e) atrocissimi (= GWO, *fehlt* L) f-f) omnis creatura prima deleta est g-g) in trium milium annorum h) novam possessionem (= GWO) i) qui k) est (= GWO) l-l) C. autem anno de terciam chiliadam natus est Noe filius m) eoam (eoacham GWO) u.ö. n) donationes o-o) in eosdem trium milium annorum p) ascenderunt

²³) *usque* wäre in der Bedeutung ‚in einem fort, stets‘ dem Zusammenhang nach denkbar, doch ist dieser Gebrauch seit klassischer Zeit unüblich geworden, vgl. J. B. Hofmann – A. Szantyr, Lateinische Syntax und Stilistik (1965) S. 253 f.; daher ist die Lesung *qu(a)e* in der jüngeren Fassung vorzuziehen.

²⁴) Vgl. Gen. 6, 3. 5 f.

63,1ff.
fol. 82 r

63,10ff.

fol. 82 v